Puellae autem feſtis diebus templa viſitant. proeſus ut ſponſae apud vos. mit bloſſem haubt. fliegenden har. nackheten helſen vnd pruſten, ſertis ornatae. Itaque non mirum. ſi omnes frigore corruptae nunc in aeſtate perirent. Vtinam ille mos aboleri poſſit. Ego cum tota familia recte valeo. niſi quod ſcabies aliquantulum moleſta eſt mihi. De Caeſare nihil hic certe habemus. miror vos quoque aut nihil habere. aut tacere. De Anglia. ſimilis hic ſuſpicio eſt. an ~~[illegible]~~ vera ſit prope diem ſciam. Fac quaeſo ut ſi non ſaepe tamen longas literas ad ~~[illegible]~~ me des. cum nemine enim veterum amicorum libentius. etiam cogitando. non tam ſcribendo fabulor quam tecum Bene vale. Datum Konigsperge in Preſſia. 30 Julii 1549

Saluta Georg Volkſamer / Hierony. Baumſgürtner / Volfg. Stromſer

A. Oſiander